




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-182482-p0001-6

DFG







1734.

1. Hartmannus, Fr. Zach. : De etymologia vocis Wicch.  
Bd. 9d. 2. 1735

2. Hartmannus, Fr. Zacharias : De privilegiis deorum appell.  
caud exceptionem hinc in supremis imperii libe-  
natis p[ro]mendis impeditante.

1735

1. Hartmannus, Fr. Zach. ; Ord. jis. Decanus : Programma :  
, De similitudinibus equestri Holsatiorum cum  
equestribus Bremensibus, dissertationis Tractatus  
Kerstens praemissum.
2. Hartmannus, James Zacharias : De prescriptione  
nomine Decennali, nunc Savaria nomines proprias uti-  
lium Heroscanium ac Holsatiorum primitivis  
a dominica potestate liberante, ad § 15 p[ro]T. 5.  
(omn). provincialis Herosco - Holsatice

1736.

1. Hartmannus, Fr. Zach. : De iure Savonicis et Lubecensi  
victori Holsatiae justa et clementia Lubecensi, qua repre-  
sentationem in successione collateralem, exulantibus.

1736.

2. Hartmannus, Jo. Zacharias, Ord. iur. praeclarus: Pro-  
gramma: De jure fabrico vacata Noviciorum; quae  
successionem virianam iher collaterales carentem, exu-  
lante
3. Hartmannus, Jo. Zacharias: De partibus ac juriibus fiscalium  
in processu singularibus
4. Hartmannus, Jo. Zacharias, Ord. iur. praeclarus: Program-  
ma: De hisbus fiscalium virtutibus cardinalibus,  
habetque, quae cum illis pugnant, virtutis, disserta-  
tionis 13 ang. Thomas Matthiae Hartmni praemissum.
5. Hartmannus, Jo. Zacharias: De felicitate subjectorum  
electoralium Brunsvicensium ac Limburgensium.
6. Hartmannus, Jo. Zacharias: De efficientia varia-  
tione
7. Hartmannus, Jo. Zacharias, Ord. iur. decanus:  
Programma: De variatione a pactis gentium ante  
ratificationes, quae vocari solent, officia, iuris-

habens in ang. Tabelii Veteris et Novi Testam praemissa.

1737.

Hane, Philip Fridericus : De auctoritorum Inmalitia et bonorum  
ancorata, cardineque symbolica. Motio

1739.

Dorn, Amandus Christianus : De iuri dictime Criminali  
ex aule in iudicis ecclesiasticis

1740.

1. Dorn, Amandus Christianus : Singularia querelae testamenti  
in officiorum capita, non servitam jas. Romam quem  
Germanicum . . .
2. Dorn, Amand. Christian, B. d. jas. decanus : Programma: In  
contra testamentaria principium querelar in officiorum locum  
habeat ?, dissertationi in ang. Tract. Christph. Mygnall pre-  
mittam.

1742.

Strasburg, B. d. jas. Gottlieb : De clausulis reservationum  
et protestationum in conventionibus privatis proprieatis.

1799.

Sturias, Frider. Emiss : De communis et incommodis  
transmissionis actiones

DISSE<sup>10</sup>  
TATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS  
DE  
**EFFICIENTIA VARIA-  
TIONVM.**

1736,6  
QVAM  
ADIVVANTE DEO  
AVSPICIIS REGIAE CELSITVDINIS  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DN. CAROLI FRIDERICI,**  
HEREDIS NORVAGIAE, SVPREMI DVCIS SLEVICI, HOLSATIAE,  
STORMARiae ET DITHMARSIAE, COMITIS OLDENBURGI  
ET DELMENHORSTI, ET RELIQUA,  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI,  
IN ALMA CHRISTIAN - ALBERTINA  
EX DECRETO AMPLISSIMI IVRISCONSULTORVM ORDINIS,

P R A E S I D E  
VIRO MAGNIFICO, AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO  
**IO. ZACHARIA HARTMANNO, D.**  
COMITE PALATINO CAESAREO, IVRIVM PROFESSORE PV-  
BLICO ORDINARIO, FACULTATIS IVRIDICAE DECANO  
ET ACADEMIAE H. T. PRO-RECTORE,  
PRO GRADV ET PRIVILEGIIS DOCTORIS IV-  
RIS VTRIVSQVE OBTINENDIS  
ANNO MDCCXXXVI. D. APRILIS  
IN AUDITORIO MAIORI  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET  
AVCTOR

EITEL DIEDER. VON ZESTERFLETH,  
BVXTEHVDA BREMENSIS,  
SVMMORVM REGIO-ELECTORALIVM IUDICIORVM IN DVCATV BREMENSI  
ET VERDENSI ADVOCATVS ORDINARIVS.

KILIAE, TTPIS GODOFREDI BARTSCHII, ACAD. TTPOGR.





DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
EFFICIENTIA VARIATIONVM.

§. I.

**L**unge gentium a vero abest, qui iuris civilis, ingressus, etiam Germanici, amnes torrentes, tot vastos Voci no- gurgites profundasque voragini exhauriri aut colligi velut in piscinam, hoc est, in sys- tema redigi eiusque formulam constitui facile posse arbitratur. In tanta legum rerumque va- rietate variationis licitae iuxta et illicitae potiora lustrare capita animum induxi. Ducendam esse variationis vocem a verbo *variare* et hoc vna cum adiectiuo *varius* a varis, seu maculis, quae in facie sunt, descendere, nemo non videt. Vnde varius, si vocabulum ad animum transfertur, idem est atque incons- tans itemque versutus et callidus. Igitur quemadmodum varietas rerum vicissitudinem notat, Ciceronis effato: in omni varietate rerum mearum te mei amantissimum cognoui; ita variatio praesertim ad hominem refertur, qui vel mu- tando vultum, sermonem, sententiam, voluntatemque se dat turpiter, vel retexendo orationem sequi corrigendo, con- uertendoque, ut alias videatur esse factus, bene facit. Quo tritum pertinet: meliores sunt prioribus posteriores cogitacio- nes; item: multa cadunt inter calicem supremaque labra. Quoniam cum excusatione et errare possumus iuuenes et in- terdum senes deliramus. Hinc phrases: variare vocem et muta- re; variare sententiam; variare ab aliquo; sine variatione dicere, cetera. Ne itaque multis sim in congerendis synonymis, cuius-

A 2 modi

modi sunt: recedere et resilire a placito, reuocare stipulationem, non stare promisso, vacillare, fallere fidem datam, mutare sententiam, poenitere dicti aut pacti, et sic deinceps.

## §. II.

Datur va-  
riatio licita.

Dixi variationem praesertim ad hominem referri, qui facile mutando consilium turpiter se dat, atque apud Germanos *ein Quackler, ein veränderlicher Mensch*, audit, seu homo leuis et mutabilis animi, Euripo inconstantior. Quem significatum vocis fere proprium Liui oratio: *mutabiles vulgi animi*; item Virgilii: *varium et mutabile semper femina*; vtique probare videtur. Lationi tamen vocis sensu variatio neutiquam in malam semper partem accipi debet. Immo non licitam solum sed saepenumero etiam praeceptam habuerim. Verbi causa. Falsiloquium seu figmentum veritatis immutatione sermonisque variatione absolvitur. Qua quum alterius commodum promouetur dampnumque ab eo auertitur, non potest non esse licitum falsiloquium. Ita hactenus etiam simulatio, qua quis facto positivo, et dissimulatio, qua quis facto omissionis aliud, atque cogitat, prae se fert, et sic a se ipso variat, non possunt non licitae esse aut praeceptae. Ut longe idcirco errauerit Cicero, quod simulationem dissimulationemque ex omni vita tollendam esse affirmauit. Pariter in deliberationibus pacta praecedentibus, quas tractatus vocant, variare promittenti vtique ante licet, quam alter acceptauit promissum. Porro vti a falsa sententia variare, atque recedere a viis, laudis est, ita in actibus omnibus, qui ab arbitrio pendent legibus diuinis humanisque haud circumscripto meraeque dicuntur esse facultatis, adeo variare licet, vt ne prae scriptio quidem illis obicem vnquam ponat. Denique ex causa necessitatis, quae humanum arbitrium excludit ac repellit, variationem naturalis ratio adeo suadet probatque

batque, vt recedendo a tramite recto ne male quidem age-  
re dicamur. Quae sane innuunt, dari omnino licitam va-  
riationem.

## §. III.

Sed, ais, variatio omnis odiosa est nec admittenda, sed datur  
doli plena legibusque inimica, quomodo rationes subduxerunt etiam  
Carpzouius in Iurisprud. Forensi P. II. Const. 44. Def. 5. n.  
4. et Tuschus in Conclusionib. Practicis Tom. IIX. Conclus.  
21. n. 1. Facere hoc in primis videntur legis 11. §. 5. ff. de insti-  
tor. act. verba: continua variatione decipi contrahentes non  
debent. De variatione iudice indigna lege 6. §. vlt. Cod. de  
mod. multar. egregie cauetur: Ne putent factu facile esse iu-  
dices, ut aut praeципiti persuasione condemnent, quem culpa non  
ingrauit, aut erubescenda varietate iudicij pro arbitrio proprio  
immutandum esse, quod iussirint. Notum est, variationem  
sermonis dictorumue in causa criminali praebere indicium  
ad torturam decernendam, si cetera recte se habent. Quo-  
niam variatione et vacillatione suspecti criminis reddimur.  
Id quod Pontifex in cap. 14. de praefumptionib. hisce signifi-  
cat: nos praedictum G. suspectum de haeresi vehementer habui-  
mus, tum, quia, quod ante dixerat, postea se dixisse negauit,  
tum, quia vel mendacium prius dixit in fratrem, afferendo il-  
lum haereticum, vel perjurium postea commisit in Deum, pur-  
gando illum de haeresi. Testes etiam aduersus fidem testacio-  
nis suae vacillantes non audiendos, eosque, qui varie dixe-  
runt testimonia, a iudicibus puniendos esse l. 2. et 6. ff. de te-  
stibus prouisum est. Similiter titubans et varians actor ma-  
lam tueri causam censetur: quum, qui agit, certus plane  
esse debeat, l. 42. ff. de R. I. Imo quoties concurrunt plures  
actiones eiusdem rei nomine, toties vna quis experiri de-  
bet, nec variare ei licet, l. 43. ff. eod. In vltimis quoque

A 3

volun-

voluntatibus, licet illae usque ad mortem ambulatoriae esse dicantur, variare non usquequaque integrum est l. 8. Cod. de codicill. Quid quod adeo odiosa et inuisa sit variatio, ut eandem in legibus praesumti nefas habeatur, l. 41. ff. de poenis. Et quis id genus reliquas variationes prorsus omnino illicitas uno quasi halitu enumerabit?

## §. IV.

**L**ege diuina variatio, quare non potest non esse fructuosum, hisce ut difficultatibus nos expediamus. Iuuabit autem, ut in aliis per actionem variationis licitae quaedam principia ducere. Variatio, si ad actiones morales externas referatur, reddit, licita partus et effectus est desideriorum, quibus in diuersa saepius est, si neque rapitur hominum voluntas. Desideria vel lege diuina vel connatae lege humana circumscribuntur. Ex illa manifestum est, neque ad. voluntatem rationi, qua omnes homines praediti sunt, debere obligationi esse consentaneam. Ratio pacis etiam externae seruandae aduersatur. pandit praceptiones. Nam scite legem recti praceptionem prauique depulsionem Cicero dixit de Nat. Deor. Parem vero rumpit externam, qui ab obligatione connata et adquisita recedit. Vtraque variationem excludit et auersatur. Connata enim comprehendit officia a natura insita nec ullo idcirco consensu aut pacto indiget. Quae officia, ut in agendi consistunt necessitate, ita resipiunt variationem. Sic officium de non laendis aliis adeo perpetuum est et necessarium, ut laesio aliorum nec unquam licita sit. Porro obligatio adquisita ex pacto nascitur. Pactum duorum vel plurimum consensu mutuo constat, quo alter in alterum ius irrevocabile transfert: quoniam hoc modo acceptanti accedit, quod promittens de libertate sua limitauit. Vnde in proverbiu[m] abiit: quod ab initio est voluntatis ex postfacto est necessitatis. Hoc est, pactum semel initum variationem

non

non admittit propter obligationem promittenti adquisitam te huic respondens ius acceptanti adquisitum, quae ex illo proficiuntur. Quae quum ita sint, expeditum est dicere: lege diuina variationem, quatenus ea in voluntatis actionem externam definit, esse licitam, cui neque connata neque adquisita obligatio resistit.

## §. V.

Intercedat mihi quispiam obuertatque: variationem dari licitam, vt ut connatae et adquisitae obligationi aduersantem et recte pugnantem. Ita quamvis seruanda pacta sint ex adquisita obligatione, recte tamen ab illis recedi, si dolo circumventi sumus, si errauimus, si metu inita sunt pacta, si turpia sunt, si facultate consentiendi sive physica sive morali paciscentium alter destitutus est, si aliena aut impossibilia promissa sunt, si necessitas extrema impedit, quo minus pacto satis fiat, si pacientes mutuo consensu pactum rescindunt, si alter fidem datam primus fecellit, si solennitates a iure civili introducuae deficiunt, verbi causa, quum quis sponsalia clandestina contraxit, et sic porro. Ita, quamvis a caede aliorum abstinentiam sit ex connata obligatione, ne alii a nobis laedantur, illam tamen cesare probarique laesionem atque ipsam internacionem eius, qui vitae parat nostrae exitium, quod nisi nece illius auerti nequit aut propulsari. Ita, ceteris recte se habentibus, furem nocturnum praesertim cum telo venientem occidi posse contra obligationem de non laedendis aliis nobis connatam et insitam. Ita ob famem necessitatemque extremam urgentem esculentia aliis recte surripi, idque sine discrimine, quod excogitarunt quidam, sive alias iste ipsemet esculentis egeat, sive iis abundet. Ita eadem necessitate flagitante fortalitium non hostis seu in solo pacato sicut iure occupari, vt vel sic nobis contra hostem praesidium circum-

Obiectio  
soluitur,  
cuius occa-  
sione licita-  
rum varia-  
tionum  
exempla  
adseruntur.

circumponamus, vel ne hostis ex eo nos oppugnandi occasionem arripiat. Ita vel propter metum potentiae crescentis, quemadmodum non pauci ratiocinantur, vicinis bellum merito infertur. Ita spargere ac disseminare de hostibus falsos fictosue sermones licet. Et sic deinceps. Verum enim uero, et si recte fiant isthaec omnia, putem tamen, in huiusmodi speciebus variationem connatae aut adquisitae contrariam obligationi neutiquam offendit. Certe dolus et metus contrarii sunt consensui, atque idcirco impediunt, quo minus obligatio adquisita nascatur. Hac vero deficiente seu non resistente licita est variatio. Idem de errore tenendum, nisi talis sit, qui vni vel alteri pacientium tribui possit cum efficientia morali, vbi omnino pactum seruandum est, neque varia-  
 tionem irritum fit. Similiter pacta cum infantibus, mente cap-  
 tis, furiosis, minoribus aetate, vel aliis, quibus facultas physica aut moralis consentiendi non est, inita obligationem adquisitam nullam producunt. Vnde in his omnibus varia-  
 re licet. Item si implementum pactionis sine culpa impossibile euadit, obligatio adquisita evanescit, ac proinde variatio rete tum adhibetur. Eadem ratio est necessitatis, quippe quae lege et obligatione caret. Recedentibus vero mutuo consen-  
 su a placito pacientibus, rete obligatio tollitur mutua eorum varia-  
 tione. Porro quum pactio constet consensu plurium mu-  
 tuo et relatiuo, iterum obligatio deficit standi eidem, si alter primus fidem violauit. Denique obligatione adquisita per leges ciuiles reprobata, eo ipso probatur variatio, quum haec licita sit, cui obligatio non resistit. Neque dicenda laesio est, vbi quis vi-  
 tam, quam a Deo accepit in commodum societatis humanae conseruandam a periculo et interitu, si aliter nequit ar-  
 ceri, etiam cum internectione aggressoris defendit. Fu-  
 rem vero nocturnis horis, quibus nec magistratus nec homi-  
 num

num datur copia, in aliena graffantem non laedi, si occisionem membrorumue mutilationem propterea patitur, ratio naturalis suadet. Deinde tantum abest, vt necessitate ineluctabili coactus noceat laedature, vt ea potius omni legis obligatione soluat. Nouissime quum hosti quoconque noceatur modo, palam est, eum non laedi, si non armis solum aut vi aperta sed fictis etiam sermonibus petitur in orbem terrarum disseminatis.

## §. VI.

Variatio autem non voluntate solum externisque actio- Variatio,  
nibus se exserit, sed intra intellectum etiam terminatur. Opi- quatenus  
nione auguramur, opinione ducimur et in contraria quasi tellestus,  
scindimur. Quae hesterno die sententia placuit, hodie di- neque con-  
splicet. Ipsae sectae Graecorum Philosophorum, Peripate- natae neque  
tica, Epicurea, Stoica, Academica, et quae sint aliae sexcen- adquisitac  
tae apud gentes alias, taceo Medicorum iuxta et Iurisconsul- obligationi  
torum, variationum sunt quasi theatra. Quumque errare obnoxia est,  
sit humanum, variatio sententiarum aliena a mortalibus esse  
non potest, imo subinde non debet, quoniam nullius nisi insipientis est, in errore perseverare. Quaeri igitur potest: repugnetne huiusmodi opinionum variatio obligationi sive connatae sive adquisitae, ita vt reiicienda propterea sit inter illicitas? Teneo, neutri illam aduersari. Nam scientiae et  
quaecunque veritates nobis connatae haud sunt, nec cum lacte materno imbibuntur. Tota aetas in studio illarum con-  
teritur, addiscendoque senescimus. Vnde obligatio connata  
perseuerandi in opinione, quam amplexi sumus, fingi ne-  
quit. Vnde variationes mutationesque propriarum opinionum  
nec vlla obligatione connata circumscribuntur. Praeter-  
ea obligatio sine iure aut facultate morali ex altera parte  
non intelligitur. Sed intellectui imperandi ius nemini est,

B

ita

ita ut in certa destinataque sententia semper haerere illum oporteat. Ex quo simul apparet, neque adquisitam obligationem obstat, quo minus ab iis, quae mente semel decreuimus credenda, veritate accuratius inspecta, recedamus. Fac enim, pacto aliquem recepisse, vt opinioni cuidam addictus semper sit et obstrictus, eandemque veram nunquam non sit habiturus. Putem pacisci de veritate, id vero prope hominis recordissimi esse aut stolidi, quippe quae in occulto saepe latet inque lucem venit non quaesita. Ex his quaestionis: fitne haeresis crimen? penderet decisio.

## §. VII.

**Lege huma-**  
**na variatio-**  
**datur licita,**  
**tutu obliga-**  
**tio resistit.**  
**Iure Roma-**  
**no variatio-**  
**cernitur in**  
**pactis nudis,**  
**excepta pol-**  
**licitatione;**  
**in diuisione**  
**contractu-**  
**rum; praec-**  
**nominatis**  
**contracti-**  
**bus. Sitne**  
**haec varia-**  
**tio iure**  
**Germanico**  
**congruens?**  
**hendi credatur.**  
**Quanquam accep-**  
**tionem ciuitatis in**  
**lege Velleianum**  
**et Macedo-**  
**nianum Seta**  
**Contra quum pactis nudis nec obligationem perfectam nec**  
**variationem actionem tribuerint Romani, hactenus sane variationem iidem**  
**admi-**

De regula vero, quam supra paragrapho IV. construxi, variationem licitam esse, cui obligatio resistit nulla, lex humana bene multa limitauit. Dici non potest, quam Romanae ciuitatis arbitrium adquisitae obligationi derogauerit atque variationibus contra illam non indulserit solum sed habenas prorsus omnino laxauerit et remiserit. Ipsae conuentio- num diuisiones in pacta non nuda & nuda, in pacta & con- licitatione; tractus, horumque in nominatos atque innominatos, item nominatorum in reales, consensuales, verbalem et literalem, illud affatim testantur. Ex pactis equidem ea, quae lege po- fisiua confirmata sunt, itemque contractibus adiecta, et pollicitatio nostram confirmant regulam. Imo pollicitatio il- lam ampliare videtur. Nam in hac poenitentia seu va- riatio illicita est, quamuis acceptatio ciuitatis deficere et sic nullus obligatio adquisita, quae resistat, in pollicitante depre- cernatur. Quanquam acceptationem ciuitatis in lege Velleianum antecedenter latere acutissimi Iurisconsulti animaduerterunt. Contra quum pactis nudis nec obligationem perfectam nec variationem actionem tribuerint Romani, hactenus sane variationem iidem admis- sere possunt.

admisserunt, quatenus iure naturali iuxta et Germanico pacta  
 quaevis de rebus factisue licitis inita plenam obligationem  
 producunt. Deinde quoniam ratione naturali suadente con-  
 sensu solo conuentiones perficiuntur quaelibet, variatio obli-  
 gationi adquisitae contraria dici meretur, quum ad reales  
 contractus perficiendos praeter consensum p[ro]estationem rei  
 exegerint Quirites, et sic pacto de mutuo vel commodato  
 dando vim stabilitatemque ipsius contractus mutui vel com-  
 modati inesse negauerint. Sed haec ludus iocusque sunt. Mi-  
 randum et obstupescendum est, dum variationes obligationi  
 adquisitae penitus repugnantes, quibus contractus innomina-  
 ti scalent, diligentius perpendimus. Apertae illae sunt atque  
 in oculos incurront. In contractu enim innominato ante  
 poenitere et variare atque sic adquisitam obligationem ex  
 consensu iam natam susque deque habere licet, quam alter  
 promissum adimpleuit. Ex quo vero contrahentium unus  
 fidem liberauit, alteri variare non amplius est integrum, sed  
 hic tum firmiter demum obligatur, non equidem propter con-  
 sensum, qui adquisitam obligationem efficit, sed propterea quod  
 illius ex parte implementum contractus secutum est. Perin-  
 de ac si conuentio[n]is perfectio non consensu mutuo sed im-  
 plemento alterutrius pacientium nitatur. Quas cupedias,  
 quas placenta tortiles Romanorum Germani, quibus cibus  
 simplex semper visus est utilissimus, nihil morantur. Quum  
 enim hi pacto propter mutuum consensum perfectam tri-  
 buant obligationem neque illius efficientiam in consumma-  
 tione et implemento collocant, certe contractuum innomi-  
 natorum apud nos nec usus ullus, minimum non is est, vt in  
 illis, implemento non secuto, variandi et poenitendi sit fa-  
 cultas. Quidquid Carpzouius in contrarias partes in Iuris-  
 prudentia Forensi P. II. C. 33. Def. 23. disputauit, Strykius sol-

continent  
obligationi  
adquisitae  
contrariam.

luit in Caut. Contract. Sect. III. c. 5. §. 4. seq. meritoque conciliationem, quam Struuius Exerc. VI. th. 32. in medium tulit, quasi in negotio unilaterali simpliciter pactum obliget, non autem in bilateralis, retudit. Taceo Velleianum et Macedonionum SCta, quorum illud mulieribus hoc filiis familias variationem adquisitae obligationi prorsus omnino contrariam permisit. Consequitur ex his altera regula: Licitas est etiam obligationi contraria variatio, quam lex humana probauit.

## §. VIII.

A variatio-  
nibus dolus  
abfit. Varia-  
tiones ex  
iure positi-  
uo tempe-  
stiuas non  
semper  
sunt. De va-  
riatione in  
donationi-  
bus inter  
viuos et  
mortis  
causa.

Quibus praemissis, iuris civilis sanctiones praecipuas quasi in speculo intueamur, quae vel primam vel alteram, quas paestruxi, variationum licitarum regulam confirmant. Sane arbitrium uniuscuiusque ciuitatis siue prudens siue insulsum utramque hic facit paginam. Neque enim secundum leges positivas variationum una eademque ratio est, praeterquam quod omnibus generales aequitatis paeceptiones accommodandae sunt. Cuiusmodi est: dolum nemini prodesse, 1. i. §. 1. ff. de doli mal. et met except. eumue, qui in dolo est, priuari beneficio suo l. 2. §. 3. ff. ad SCt. Vellei. l. 2. Cod. si minor se maior. dix. Imo expressis verbis lege 11. §. vlt. ff. de interrog. in iur. fac. sanctum est, vt dolus a variatione absit. Ceterum, quamvis variationem tempestiuas fieri debere neque seram in iure attendi vel effectum suum sortiri quidam assuerent, per 1. vlt. pr. C. de seruit. et aqua, non quaevis tamen variationes tempestiuas adstrictae sunt. Id quod exempla et ante producta demonstrant et mox proferenda in luce collocabunt. Idem donatio, quae inter viuos fit, luculenter comprobatur. Nam donatio etiam iure Romano perfectam obligationem, ex quo acceptata est, operatur atque propterea irreuocabilis est, quoniam est pactum lege 35. Cod. de donationib. confir-  
matum

matum conditionemque idcirco ex illa lege tribuit. Nihilominus post acceptationem, et sic intempestive, donanti variare licet, si insigniter ingratus existit donatarius, §. 2. Inst. de donationib. et l. vlt. Cod. de reuocand. donationib. Quod adeo verum, ut mater etiam, quae ad secundas transiit nuptias, saltem ex tribus causis donationem reuocare possit, Authent. quod mater Cod. de reuocand. donationib. Nouell. 22. cap. 35. Quanquam remuneratoriae donationis reuocatio ob ingratum animum locum minime inuenit. Henricus Bocerus de donationibus Cap. XIII. n. 26. Vtpote quae non tam donatio est quam compensationis et permutationis species. Donationem vero mortis causa quod attinet, eam ad legatum atque ultimam voluntatem accedere nouimus ex ciuitatis Romanae arbitrio, hoc ipso satis variante, dum simul pacti vim id genus tribuerit donationi. Si in meram ultimam voluntatem merumque legatum illam desinere constituissent Quirites, facile esset ad concludendum, quo cunque tempore donationem mortis causa variationi esse obnoxiam. Quum nunquam usque ad vitae supremum exitum non ambulatoria ac mutabilis sit ultima voluntas, l. 4. ff. de adim. vel transf. legat. At vero quum donatio mortis caussa itidem ex constitutione Romana etiam pactum participat, non potest non haec tenus ex iure humano fluxisse variatione illius seu reuocatio, vtpote adquisitae obligationi prorsus omnino contraria. Ceterum, quod si donans iuriurandi se obstrinxit sacramento, donationem mortis caussa se non reuocaturum, variationem eius illicitam esse censet Couaruuias Oper. Part. II. rubric. de testamenti reuocatione num. 32. et 35. Sine dubio ex Pontificis sententia, qua omne iusiurandum, quod salua salute aeterna seruari potest, seruandum est, cap. 8. X. de iure iur. Sed compara, quae inferius de testamentorum iure iurando minorum reuocatione differentur.

B 3

§. IX.

De vari-  
tione in do-  
natione in-  
ter virum et  
et potestate mariti extitit, atque idcirco alieni iuris, sicut  
vxorem. De filius familias, habebatur, vt adeo ex fictione vnitatis, quae  
variatione inter virum et vxorem intercedebat, donatio non procede-  
in valore fo-  
lidorum de-  
ret. Post, imminuta licet illa potestate mariti in vxorem,  
finiendo. De prohibicio tamen donationis inter illos sustinebatur, vti rete  
coniicet Brissonius de ritu nuptiar. p. 214. aliis rationibus, quae  
ne propter in lege 1. et 2. ff. de donat. inter vir. et vxor. extant, substitu-  
nuptias. tis, ne vel mutuato amore inuicem coniuges donationibus  
non temperantes spoliarentur, vel venalicia ne essent matrimo-  
nia, quae, quum non donaret is, qui poterat, propter licen-  
tiam diuortiorum apud Romanos facile dissoluebantur. Vn-  
de, invisitata illa diuortiorum licentia apud Germanos, atque  
idcirco spolii metu cessante, etiam prohibitio donationis in-  
ter virum et vxorem apud nos extra usum esse videtur. Quid-  
quid vero id sit, huiusmodi donatio apud Romanos vel pro-  
hibita fuit vel poenitendi saltem donans coniux polluit fa-  
cultate, vti Titius ad Lauterb. obs. 779. animaduertit. Quae  
causa est, quare Cuiacius aliquie iuris interpretes haec tenus  
donationem inter virum et vxorem, ut in viuos factam,  
cum donatione mortis causa componunt, ideoque ante  
mortem reuocabilem esse perhibent. Verum licet donatio  
inter virum et vxorem, si inter viuos facta est, poenitentiae  
et variationi obnoxia atque catenus donationi m. c. similis sit,  
accedit illa tamen, vbi donans coniux decepit nec ante poe-  
nituit, proxime ad donationem inter viuos. Nam donationem  
inter viuos coniuges morte donantis nec eam reuocantis non  
est mortis causa donationem sed tanquam donationem inter  
viuos confirmari inde patet, quoniam, si 500. solidos excedit,

ccc

nec actis iudicialibus insinuata est, vltra eos non valet, quod proprium est inter viuos donationis. Contra donatio inter virum et vxorem mortis causa facta, modo ante mortem reuocata haud sit, tota valet, licet summam 500. solidorum excedat per l. 9. §. 2. ff. de donat. inter vir. et vxor. Cuius rei occasione in transcurso attingere liceat solidi valorem. Idem valent solidus et aureus. Vid. l. 37. §. 1. ff. de pecul. et l. 1. Cod. comm. de legat. Igitur recte Strauchius Dissertationum de aedilitio edito posteriori Didaci Couarruiae auctoritate simul suffultus aureum in iure pro solidi et solidum pro aureo poni adfirmavit, id est, pro 25. denariis, quorum decem exaequant fere ducatonem seu aureum Rheananum aut vncialem cum quadrante. Quare 500. solidi efficient summam 1562 $\frac{1}{2}$  thalerorum. Ast aliter practici homines rationes subducunt et ab illo solidorum valore longe variant. Vsi enim forensi 500 solidi mille thaleros faciunt. Vid. Lauterbach in Colleg. theor. pract. ff. tit. de donationib. §. 10. De variatione in donatione propter nuptias cum Gaiilio Lib. II. obseru. 78. n. 5. arte teneo, eam esse prorsus illicitam. Evidem Wefenbecius ad Pandectas tit. de pact. dotilib. inuita vxore reuocari posse donationem propter nuptias existimat. Litem quoque suam facit Wolfgang Adam Lauterbach in Disput. de donationib. propter nupt. thes. 61. distinctione eam componi posse ratus. Videndum enim esse ait, vtrum donatio propter nuptias ad modum pacti seu contractus, an vero ad modum ultimae voluntatis coaluerit. Posteriori casu variationi seu reuocationi esse locum, non item priori. Verum mirari subit, Iurisconsultos summos non videre tantam rerum repugnantiam. Absone enim pactum dotale seu pactum donationis propter nuptias, puta quod actus est inter viuos, et ultima voluntas componuntur.

Haec

Haec reuocabilis est, illud neutiquam. Vid. Titius ad Lau-  
terbach. obs. 774. cui Kilienses ICTi referente Dn. Praeside  
faepe numero adstipulati sunt.

## §. X.

De variatio-  
ne in testa-  
mentis.

Testamentum primum locum occupat inter ultimas voluntates, quibus vis transferendi acquirendique dominium ineft, non equidem ex ratione naturali, attamen ex iure posituo, praesertim Romano. Licet vero testamentum iure posituo translationem acquisitionemque dominii efficiat, nihilominus illud reuocari potest, dum spiritum trahit testator. Adeo vt is, qui alterum variare ac testamentum iam factum mutare prohibet, indignum se reddat hereditate, l. 1. pr. et l. 2. ff. si quis aliq. test. proh. Quid quod ne derogatoria quidem clausula testamento adiecta, quae vult, vt a voluntate ultima semel declarata variatio nec unquam fiat verum omnis dispositio priori contraria irrita fit ac nullius momenti, variandi adimit potestatem. Illud controversum est, vtrum testatorem expresse dicere oporteat, se variasse? Zoesius hoc necessarium esse negat ad tit. ff. de iniust. rupt. et irrit. test. num. 30. Aliis per l. 22. pr. delegat. 3. illud affirmantibus. Distinguendam esse speciem putauerim, vbi eodem testamento testator poenituit, a specie, vbi diuersa condidit testamenta, quorum posterius priori aduersatur. In hac expressa reuocatione prioris ultimae voluntatis, licet addita ei fuerit clausula derogatoria, opus non est. In illa, verbi causa si in principio testamenti aliquid voluit testator, quod postea alio eiusdem testamenti loco retexuit, utique specialiter et expresse dicere eum oportet, se prioris voluntatis poenituisse, quod nisi fecerit, incerta et dubia est ultima voluntas. Atque de hac specie, vbi nempe iisdem tabulis contra-

contrarium decreuit testator ac paullo ante decreuerat, lex  
 22. ff. de legat. 3. accipienda est, id quod verba eiusdem le-  
 gis: *postea eodem testamento*; diserte significant. Itaque fal-  
 luntur, qui in posteriori testamento clausulam derogatoriam  
 exprimendam esse defendunt, aut, si in priori testamen-  
 to omnibus posterioribus derogatum est, specialiter et ex-  
 presso reuocari debere derogatoriam clausulam priori testa-  
 mento adiectam existimant, nec generalem praecedentium  
 dispositionum reuocationem sufficere contendunt. Vid. Vin-  
 nius Comment. ad §. 2. Inst. quib. mod. test. infirm. n. 7.  
 Quamuis imprudens nonnullorum iudiciorum praxis expre-  
 sam derogationem suadere videatur. Sed quid, si iusiu-  
 randum clausulac derogatoriae accessit? Non putem hac  
 ratione iure Romano adimi variandi potestatem, quum  
 iusiurandum plus actu, cui adiicitur, non valet, I. vlt.  
 Cod. de non num. pec. Imo ne pacto quidem iure Ciuli  
 mutandi testamentum tollitur facultas, licet iureiurando  
 illud confirmatum sit. Stryk. de cautel. testam. cap. 24.  
 §. 3. et 4. Secus est iure Canonico, quo omne iusiuandum  
 seruandum est, quod seruari potest absque salutis aeternae  
 dispendio. Iure Germanico vero, quo pactis successoris te-  
 standi ius concidit, conuentione de non mutando testa-  
 mento vtique eius reuocationem variationemque reprimi  
 certum est, etiamsi iurisiurandi non adhibuerint pacientes  
 sacramentum. De variandi mutandique testamenta modis  
 consulendi sunt Mantica de coniectur. vltimar. voluntat. Lib.  
 XII. tit. 1. n. 23 - 24. Stryk de cautel. testam. cap. 24. §. 6. seq. et  
 complures alii. Singulare est in testamento militis, ut renoua-  
 tum censeatur, si miles illud induxit, at mox suo annulo denuo  
 signauit, I. 15. §. 1. ff. de testam. milit. Denique heredem, qui  
 cum beneficio inuentarii adiit hereditatem, eam, vbi damno si-

C

bi

bi futuram deprehendit, repudiare rursus posse, in vulgus notum est, l. vlt. §. 13. Cod. de iur. deliber. Quae variandi licentia efficit, ut deliberatione omni facile supersedere queamus, id quod verba dictae §. 13. innuunt: *Quum enim licet et adire hereditatem et sine damno ab eo discedere, quis locus deliberationi relinquitur?* Praetereo variationem in generis et optionis legato ante electionem licitam, postea illicitam, l. 20. ff. de opt. vel elect. leg. nisi electio non rite facta fuerit, l. 2. §. 2. l. 4. et 5. ff. eod.

## §. XI.

*De variatione in pignore et hypotheca.* Attingam variationem pignoris et hypothecae. Pignus et hypotheca suntius in bonis debitoris creditoris *legitime constitutum* in securitatem crediti, § fin. I. quib. mod. re contr. obl. et §. 7. I. de action. Quo facto neque debitori neque creditori aliud pro alio pignus substituere integrum est. Nisi pacto adiecto illis talis variatio placuerit, utpote quod legem dat contractui, l. 1. §. 6. ff. de pact. et l. 25. ff. de R.I. Potestne vero variare creditor in pignore, si specialis hypotheca seu pignus speciale solutioni debiti non sufficiat? Non defunt, qui simpliciter quaestionem affirmant. Verum dubitem, variandi tum creditori esse licentiam, ita ut aliud statim mox eligere pignus possit. Potius actione pignoratitia contraria petet id quod pignori deest. Nam et si res etiam aliena oppignorata fuerit, non datur ante actio pignoratitia contraria ad aliud aequivalens pignus consequendum, quam pignus euincatur. Imo si vel generalis hypotheca una cum speciali constituta fuerit, creditor variare nequit, specialem mittendo transultimoque statim mox ad aliam, sed specialem prius excutere tenetur, quam ad generalem veniat, l. 2. Cod. de pignor. Vnde hypothecae generali et speciali simul constitutae clausam: *falso iure variandi; adiiciendam commendat Strykius*

Kius Cautel. Contr. Sect. II. c. 4. §. 17. Generalem autem hypothecam habens creditor variare omnino potest. Meyer de Pignorib. et Hypothec. Tit. XII. §. 19. 20. et 21. Item creditor hypothecam in variis rebus debitoris nactus cum iure variandi etiam excitato concursu variare potest, licet immisionem in bona obtinuerit vel fideiussorem ante concursum conuenerit, quoniam ante concursum nihil ipsi fuit cum creditoribus, Brunnem. ad L. 112. ff. de V. O. n. 2. Ceterum quamvis concurrentibus ad idem pignus iure Lubecensi praeferatur eius possessor, der ein handhabendes Pfand hat, neque ceteris adeo variare liceat, vt idem pignus in concursum pertrahant, attamen possessor pignoris, excuso hoc nec solutioni sufficiente, a reliquis bonis debitoris generali simul hypotheca illi obligatis non excludendus esse videtur. Postremo aequitate nititur eorum sententia, qui in hypotheca etiam generali adeo ius variandi restrictum esse contendunt, vt ante excutienda sint omnia debitoris bona, quam is, qui postea forte aliquid ex iis adquisiuit, peti possit. Quoniam hypothecam generalem constitutens debitor omnia obligauit bona, vnde, quamdiu non omnibus destitutus exutusque bonis est, ad alienata restituenda possessores extranei, verbi causa emtores, adigendi non sunt, sed his beneficium excussionis negari non debet. Quod in hypotheca speciali, vbi indiuiduum bonum respicitur et obligatur, secus videtur, vt adeo perinde sit, quis illud detineat, debitor an tertius. Verum propter generalem dispositionem Nouellae IV. c. 2. etiam specialem nacto hypothecam creditori beneficium excussionis a possesso re tercio recte opponitur. Nisi creditor vel constituto possessorio vel alio modo possessionem ante adquisiuerit. Quod tamen rursus limitandum est in hypotheca speciali feudal. Licet enim huic constitutum possessorium adiectum fuerit,

nisi tamen accesserit consensus domini directi agnatorumue, tertius possessor consensu gaudens simpliciter praefertur creditori, nec beneficio excussionis opus habere videtur. Rem illustrabit Responsum a Facultate Kiliensi referente Dn. Praefide mense Ianuario 1735. datum der Fürstl. Mecklenburgischen Justiz-Canzley zu Schwerin: Ob wohl Kläger den Grund der angestelleten actionis hypothecariae darinnen gesetzet, daß ihm die Leckendorffsche Glashütte von dem Amtmann S. zu E. specialiter verpfändet worden, auch dem Beklagten eines theils die in den Rechten und theoria iuris sonst allerdings gegründete Meinung derjenigen, so davor halten, daß der dritte Besitzer eines verpfändeten Gutes, wenn es gleich dem Gläubiger specialiter verpfändet worden, wider diesen das beneficium excussionis gebrauchen, und ihn zuforderst auf den Schuldner weisen könne, indem die Nouella 104. c. 2., welche derselbe beneficium dem dritten Besitzer des verpfändeten Gutes an Hand giebet, inter generalem und specialem hypothecam keinen Unterschied macht, und die Nouella 112. c. 1. jener nicht widerspricht, sondern von dem Fall handelt, da der dritte Besitzer des verpfändeten Gutes selbiges als rem litigiosam wissentlich an sich gebracht, welcher casus aber allhier nicht verhanden, dießfalls nicht zu statten kommen mag,

Mencken Gymn. Polem. Disp. VIII. th. 13.

andern theils Beklagter damit sich nicht behelfen kan, daß er vor Schließung des contracts mit dem Schuldner nicht gewußt, wasmassen dem Kläger die Leckendorffsche Glashütte bereits specialiter verpfändet gewesen, angesehen, wenn gleich die Nouella 112. c. 1. in dem Fall, da jemand ein specialiter verpfändetes Gut uniwissend, daß eine specialis hypotheca darauf haffte, an sich gebracht, solchem Besitzer das beneficium excussionis annoch zu eignet, nichtsdestoweniger die acten ergeben, daß der Amtmann S. zu E., als Schuldner, dem Kläger, als Gläubiger, nebst der special hypothec in gemeldter Glashütte zugleich das constitutum possessorium verschrieben, welchenfalls dem nachherigen dritten Besitzer des verpfändeten Gutes das beneficium excussionis keineswegs wiederfahren kan, cessat enim hoc beneficium excussionis, si creditor item rei obligatae posset.

possessionem vel ex eius traditione, vel in possessionem mis-  
sione vel ex constituto possessorio adquisiuit,

Gail. L. 2. obs. 27. n. 32.

Bachou. de pignor. L. 3. c. 17. n. 4.

Franzk. L. 1. Resol. 12. n. 38. seq.

Lauterb. Coll. theor. praet. ff. tit. de pignorib. et hy-  
poth. §. 75.

diese Meinung auch nicht pro opinione Doctorum singulari, wie  
Beklagter vorgeschützt, zu halten, sondern in ipsa iuris analogia  
gegründet ist, quodcumque enim iuris tribuit possessio vera, idem  
possessio ficta per constitutum tribuit, quum quoad dominii  
translationem tantum operatur fictio in casu ficto, quantum  
veritas in casu vero,

I. 18. ff. de adquir. poss.

Meu. P. V. dec. 159.

daher der constitutarius retinendae et recuperandae possessionis  
interdicta, und so gar actionem spolii, anzustellen besugt, mithin  
sine excusione constituentis aus dem Gut, cuius ciuilem et na-  
turealem possessionem per constitutum possessorium nactus est,  
zu befriedigen, und dabej auch wieder den secundum constitutarium,  
in quem constituens alienauit possessionem, zu schützen ist,

I. vlt. Cod. de adquir. poss. Barbaros. thes. loc. comm.  
iurispr. voc. constitutum possessorium axiom. 2. et 3.  
ibique Menoch. Faber. Post.

Dennnoch aber und diemeil aus den acten zu befinden, daß Leckendorf  
ein Lehn-Gut, dergleichen auch nach den Mecklenburgischen Lehn-Nech-  
ten ohne Fürstl. Lehnsherrlichen consens nicht verpfändet werden  
mögen,

vid. Landes-Constitutiones vom 28. Iul. 1717. und vom 25.  
Febr. 1718. sub num. actor. 35.

dergestalt, daß Inhalts der jetzt angezogenen letzteren Verordnung da-  
wieder keine exceptio non vius oder consuetudinis contrariae vor-  
geschützt werden soll, dieser Lehnsherrliche consens auch bey Ver-  
pfänd-

pfändung der so genandten feudorum mixtorum, dergleichen in dem Herzogthum Mecklenburg befindlich seyn sollen und deren Eigenschaft darinnen bestehet, daß sie de natura feudi ex pacto et prouidentia maiorum et de natura feudi hereditarii participiren,

Ludw. c. 4. p. 84. et 86. edit. prior.

Struv. Synt. Jur. Feud. c. 4. §. 17. n. 4.

Tarnou. de feud. Mecklenb. P. I. cap. 2. Sect. 2. §. 2. seq.

erforderlich ist, quamvis enim feudum mixtum vel ratione modi succedendi vel alia ratione a communi feudorum natura recedat, attamen ab ea non statim in reliquis recedit, vnde ratione eius, in quo non deflectit a communi feudorum natura, immutatam feudi rationem retinet, et consequenter consensus Domini ad oppignorationem etiam huius feudi necessarius est,

Tarnou. de feud. Mecklenburg. P. I. Cap. 3. Sect. 2. §. 13. wie denn vsus et praxis in dem Herzogthum Mecklenburg solches bestärcket,

Idem loc. cit. §. 14. ibique Cothmann. Vol. III. Resp. 18. n. 1. So gar, daß, wenn gleich sonst die mit consens des Lehnsherrn allein versehene hypotheca feudalis gewisser massen schon zu Recht beständig, hierüber in Mecklenburg die Lehnsherrn darein consentiren müssen,

Tarnou. cit. loc.

